Dicamus et aliter. dumtaxat iuxta LXX interpretes non so
lum adsumptionem sed et donum munusque significat; Quia igitur
sibi populus semper prospera promittebat. dicit eos nequa
quam ultra hoc debere dicere; Indignos enim esse eos donis dei
atque muneribus. quin potius abiciendos et dei auxilio penitus
relinquendos; Et verbis autem et interpretatione nominum
saepe res ostenduntur. ut abraham. sarrae. et petri. et filiorum
zebedaei. vocabula commutata. significarent rerum mu
tationem; Et in hoc eodem propheta fasehor dicitur. pavor
sive translatio. et colonus sive peregrinus; Notandum quod
verba divinentis. domini exercituum dinrim. latini et graeci codi
ces non habeant. et hebraei in suis voluminibus contracte legant.
quod proprie mysterium significat trinitatis;

# EXPLICIT LIBER IIII IN HIEREMIAM

# INCIPIT LIBER V

QUINTUS COMMENTARIORUM IN HIEREMI
AM LIBER. A DUOBUS FRATER EUSEBI CALATHIS
HABEBIT Exordium. quorum alter recte fidei
dulcedinem. alter hereticorum perfidorum amaritudinem
demonstrabit; Quamvis annanias filius azur repugnet
hieremiae. et semeias neelamites prophetam mitti cupiat.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0238